

## Lectio XIX.

- a) *Participium futuri activi*
- b) *Infinitivus futuri activi. Infinitivus futuri passivi.*
- c) *Consecutio temporum c.d.*

a)

1. Milites ad urbem venerunt incolas liberaturi.
2. Multos in summa pericula misit ipse timor mali venturi.
3. Cn. Marcius Coriolanus ad urbem accessit patriam et cives oppugnaturus.
4. Milites saxa ingentia apportaverunt pontem facturi.
5. Iniuriam qui facturus est, iam facit.

b)

1. Spero te iam finem iniuriis facturum esse.
2. Romani sperabant se Carthaginem expugnaturos esse.
3. Quis scivit Caesarem bello civili victurum esse?
4. Caesar honoris Diviciaci atque Haeduorum causa sese eos in fidem recepturum et conservaturum dixit.
5. Quis mortalium dicere potest se immortalem futurum esse?
6. ‘Ciceronem consulem creatum iri constat’ – senatores dicebant.

c)

### CONSECUTIO TEMPORUM

Rogo quid facias – Pytam, co robisz.

Rogo quid feceris – Pytam, co robiłeś (co zrobileś).

Rogo quid facturus sis (facias) – Pytam, co będziesz robił (co zrobisz).

Rogabam quid faceres – Pytałem, co robisz.

Rogabam quid fecisses – Pytałem, co robiłeś (co zrobileś).

Rogabam quid facturus esses (faceres) – Pytałem, co będziesz robił (co zrobisz).

1. Quando ad me venies? Dic quando ad me venturus sis.
2. Quid respondebis? Exspecto quid responsurus sis.
3. Quid vesper latus sit, incertum est.
4. Quid sit futurum cras, fuge quaerere. (Horacy)
5. Ego, quid sit futurum, nescio; quid fieri possit, scio. (SENECA)

**ĆWICZENIA:**

Przełóż i określ *infinitivus*:

- 1) Constat leges inventas esse ad salutem civium civitatumque incolumitatem.
- 2) Vos hunc librum lecturos esse credimus.
- 3) Romam a Romulo conditam esse scriptores tradunt.
- 4) Avarus sero cognoscet se frustra pecuniae studuisse.
- 5) Romam numquam deletum iri poetae Romani scribebant.
- 6) Imperator dicit se numquam triumphi cupidum fuisse.
- 7) Credo miseram esse Penelopen quae tam diu viro suo caruit.
- 8) Negat Cicero, si naturam sequemur ducem, umquam nos aberraturos esse.